

Officiu

SS-A  
F4

OFFICINA PROPRIA  
SACRORUM OROMENSIS  
PELLARIE, ET DIOECESIS,  
DE MANDATO  
SACRISIMAE DOMINI NOSTRI  
DEUS DIVINA PROVIDENTIA PAPE VIII  
A SACRA RITUM  
CONGREGATIONE SEQUENTIA  
ET APPROBATA



MCMVIII  
IN TYPEGRAPHIA VILLE DE IBARRA

F

S.S-F  
F-27

R. 7626

OFFICIA PROPRIA  
SANCTORUM OXOMENSIS  
ECCLESIAE, ET DIÆCESIS,  
DE MANDATO  
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
*URBANI DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VIII.*  
A SACRA RITUUM  
CONGREGATIONE RECOGNITA,  
ET APPROBATA.



MATRITI MDCCCVIII.  
EX TYPOGRAPHIA FILIÆ DE IBARRA.





## COMMEMORATIONES

### QUÆ FIUNT CUM CONSUETIS BREVIARII.

*Pro S. Jacobo Apost. ad Laud. Antiphona.*

Visitâvit nos per Sanctum suum Apóstolum , et fecit salútem de inimícis nostris Dóminus Deus noster.

ÿ. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta ejus intellexérunt.

*Ad Vesperas. Antiphona.*

O Beátum Apóstolum , qui inter primos eléctus , primus ómnium Apostolorum Dómini Cálicem bíbere méruit : O gloriósum Hispániæ Regnum , tali pignore ac patróno munítum , per quem fecit illa magna , qui potens est. Allelúia.

ÿ. Annuntiavérunt ópera Dei.

℞. Et facta ejus intellexérunt.

### ORATIO.

Esto Dómine plebi tuæ sanctificátor , et custos : ut beáti Jacóbi Apóstoli tui muníta præsídiis , et conversatióne tibi pláceat , et secúra mente desérviat.

*Pro Ss. Petro , et Dominico ad Laudes. Añã.*

In Coeléstibus Regnis Sanctórum habitatio est , et in ætérnum requies eórum.

ÿ. Lux perpétua lucébit Sanctis tuis Dómine.

℞. Et ætérnitas témporum.

*Ad Vesperas. Antiphona.*

Justi autem in perpétuum vivent , et apud Dóminum est merces eórum.

ÿ. Exúltent justí in conspéctu Dei.

℞. Et delecténtur in lætítia.

ORA-

## ORATIO.

Præsta, quæsumus, Omnípotens Deus, ut qui Sanctôrum tuôrum Petri, et Domínici commemoratiônem cólimus, à cunctis malis imminéntibus eôrum intercessiônibus liberémur.

### *Alia Oratio ad idem in concursu.*

Deus, qui nos concédis Sanctôrum tuôrum Petri, et Domínici commemoratiônem cólere: da nobis in æterna beatitúdine de eôrum societâte gaudère.

## ORATIO.

OFFICIA PROPRIA  
OXOMENSIS ECCLESIAE,  
ET DIOECESIS.

FEBRUARIUS.

DIE III. FEBRUARII.

*In festo S. Blasii Episcop. et Martyris duplex, in Matrice et Peñarand. tantum, propter insignem Reliquiam.*

*Omnia ut in Breviario de Communi unius Mart. exceptis quae sequuntur.*

*In primo Nocturno Lektionen de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno Lectio IV. ut in Brev. V. Principes persecuti. VI. Verè frustra.*

*In tertio Nocturno Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Si quis vult de Communi unius Martyr. secund. loc. In Missis dicitur Credo.*

*nem Reliquiam. Omnia ut in Communi unius Martyris tempore Paschali, exceptis quae sequuntur: Oratio ut in Breviario. Lektionen primi Nocturni de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno Lectio IV. ut in Brev. V. Dignum et congruum. VI. Annuntiemus.*

*In tertio Nocturno.*

*Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.*

*Lectio VII. Cap. 16.*

**I**N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, et flebitis vos, mundus autem gaudèbit. Et reliqua.

APRILIS.

DIE XVII. APRILIS.

*In festo S. Aniceti Papæ et Martyris. Duplex, in Matrice tantum, propter insignem*

*Homilia sancti Joannis Chrysostomi.*

*Hom. 78. in Joan. initio.*

**U**T ostenderet, post tristitiam gaudium secutorum, naturale adducit exemplum:

\*

plum:

plum: Múlier cùm parit tristítiam habet. Qua parábola in calamitatibus Prophétæ usi sunt. Quasi dicat: Dolóres capiétis, sed quales partus, qui lætitiæ causa sunt. Simul et resurrectionem confirmat, índicans hábitum suum perinde esse, ac si ex útero matris in lucem pródeat. Quasi dicat: Nolíte admirári, si per hanc tristítiam ad óptima vos ducam: nam et mater, ut fiat mater, sic per tristítiam transit. *ꝙ.* Ego sum vitis vera.

### Lectio VIII.

**S**ignificat autem híc et mystérium quoddam, quòd mortis dolóres sólverit, et novum hóminem regenerári fécerit. Neque dixit tantùm tristítiam transitúram, sed magnitúdine lætitiæ succedente, nihil ejus pénitùs remansúrum. Ita erit Sanctis. Atqui non propterea gaudet múlier, quia venit homo in mundum, sed quòd filium péperit: nam, si id esset, nihil prohiberet, quin, quæ non páriunt, áliis pariéntibus gauderent. *ꝙ.* Cándidi facti sunt.

### Lectio IX.

**Q**UA ergo grátia sic inquit? Quia ad hoc solum addúxit exéplum, ut brevem tristítiam perpétuum gáudium secutúrum, et se ad vitam transférri, et magnum malórum lucrum osténderet. Et non dixit: Péperit filium: sed, quia venit homo in mundum: ubi suam significat resurrectionem, et se non morti illi pariénti, sed regno parturiéndum. Ideò non dixit: Quia natus est filius, sed homo. Et vos nunc quidem tristítiam habétis; íterùm autem vidébo vos, et gaudébit cor vestrum. Inde, quòd non ámpliùs moriétur, inquit: et gáudium vestrum nemo tollet á vobis. Te Deum.

*In Missis dicitur Credo.*

*In secundo Nocturno extra tempus Pasch. Lectio IV. ut in Brev. V. Triumphális. VI. Coronata itaque, de Commun. unius Martyris, prim. loc.*

*In tertio Nocturno extra tempus Pasch. legitur Homilia S. Gregorii Papæ in Evangelium Si quis vult post me venire, de eodem Commun. secund. loc.*

Mis-



*Missæ Sacerdotes Dei, secund. loc.*

---

MAJUS.

DIE XII. MAII.

*In festo Ss. Nerei, Achillei, et Domitillæ virginis, atque Pancratii martyrum. Duplex in Matrice tantum propter insignes Reliquias. Omnia ut in Breviario. In Missa dicitur Credo.*

*Extra tempus Pasch. R. 8. Hæc est vera. Missa Salus autem justorum, ut in festo Ss. Marci et Marcelliani Martyrum XVIII. Junii.*

*Epistola, Communicantes, de Cni. unius Martyr. non Pontificis Gradual. Gloriosus Deus, ut in festo Ss. Nazarii, &c. Martyr. XXVIII. Julii. Alleluya et ψ. Hæc est vera, ut in fest. Ss. Septem fratrum Mart. X. Julii. Oratio et Evangel. pr. de fest.*

DIE XXII. MAII.

*Octava S. Isidori Agricole Confessoris. Duplex.*

*Omnia ut in die festi, præter Lectiones primi Nocturni, quæ dicuntur de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno.*

Sermo Sancti Bernárdi Abbatís.

Sermo 2. Omnium Sanctorum.

Lectio IV.

**Q**uia Sancti Isidóri Agricolæ festívam hódie dilectíssimi, ómnique digníssimam devotiõne memóriam celebrámus, óperæ prætium puto, de ejus felicitáte, in qua beáta jam réquie perfruítur, sermõnem fácere charitatí vestræ. Erit enim præstante Dómino, triplex sermõnis utilitas, quátenus ágnita, vel ex parte áliqua felici retributiõne Sanctõrum, abundatiõri deinceps sollicitúdine ipsõrum inhærere vestígiis, ac ferventiõri desidério ad eõrum suspiráre consórtia propensiõri quoque devotiõne eorúdem nos commendáre patrocíniis studeámus.

R. Honéstum fecit.

Lectio V.

**F**idélis quippè sermo, et omni acceptiõne dignus, ut quos solémni veneratiõne proséquimur: étiam símili conversatiõne sequámur: quos beatíssimos prædicámus, ad eõrum beatitúdinem

nem tota aviditate currâmus: quorum delectâmur præconiis, sublevemur eorum patrociniis. Nec sanè parum fructuôsa invenitur memoria festiva Sanctôrum, languorem, téporem, erróremque depellens, cum eorum intercessiône juvétur infirmitas nostra, consideratiône beatitudinis excitétur negligentia nostra, ignorantia quoque nostra ipsorum erudiâtur exémplis.

ꝛ. Amâvit eum Dóminus.

*Lectio VI. Post multa.*

**S**IC enim de præsentí Sanctôrum réquie habémus in Psalmo scriptum: Convèrttere ánima mea in réquiem tuam, quia Dóminus benè fécit tibi: benè, inquam, fécit: audi quàm benè. Quia eripuit ánimam meam de morte, óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu; id est, á peccáto omni, et á peccáti pœna, á timóre quoque, et á periculo recidéndi pénitùs liberâvit. Hoc est suavíssimum ánimæ stratum quod nullis jam lavet; aut riget lácrymis, quando absérget Deus omnem lácrymam ab óculis ejus. Hoc cu-

bile, in quo jam non cumpungitur, nec convértitur in arúmna sua, dum configitur spina. Exiit enim de terra illa, quæ spínas ei, et tribulos germinâbat.

ꝛ. Iste homo perfécit omnia.

*In tertio Nocturno.*

Léctio sancti Evangélii secundum Joánnem.

*Lectio VII. Cap. 15. a.*

**I**N illo témpore: Dixit Jesus discíplulis suis: Ego sum vitis vera, et Pater meus Agrícola est. Et réliqua.

Homilía Sancti Hilárii Episcopi.

*Enarratione in Psalm. 51.*

**S**IC qui ígitur per fidem incorporâti Dei manère in natûra assúpti à Deo corpore mirebúntur, hi emundántur in fructûs æternos ex se afferéndos: quia necesse est, ut natûram veræ vitis propágo intra vitem manens teneat. At verò qui incredulus nati in corpore Dei fúerit, vel si et credens maneat, fructibus tamen fidei suæ cáreat, eradicâbitur, aut ob infidelitatem, aut ob inutilitatem fructuum negatôrum.

ꝛ. Iste est qui ante Deum.

*Lec-*

## Lectio VIII.

**N**atus enim ex Virgine Dei Filius, non tum primùm Dei Filius est, cùm filius hóminis; sed in Filio Dei, et filius hóminis: et ut filius hóminis esset Dei Filius, natûram in se univêrsæ carnis assumpsit; per quam efféctus vera vitis, genus in se univêrsæ propáginis tenet. Si quæ ergo propágo infidélis, aut infructuôsa est, eradicándam ipsa se præbet, per natûram quidem manens, sed per infidelitatem, aut inutilitatem evéllitur.

ꝛ. Sint lumbi vestri præcincti.

## Lectio IX.

**Q**UI enim non manébit in Christo, regni Christi íncola non erit. Non erit autem, non quòd sibi non patúerit incolátus (univêrsis enim patet, ut consórtes sint córporis Dei, atque regni, quia Verbum caro factum est, et habitávit in nobis, natûram scilicet in se totíus húmáni géneris assúmens) sed unusquisque pro mérito, et evelléndum se de tabernáculo, et eradicándum

de terra vivéntium præbet, non prohibitus unquam ín-esse qui, per natûræ assumptionem íncola sit recéptus, sed eradicátur ob infidelitatis, crimen natûræ consórtio indignus existens.

Te Deum laudámus.

DIE XXV. MAII.

*In festo S. Urbani Papæ et Martyris. Duplex. Ex concessione Summi Pontificis facta S. Ecclesie Toletanæ, et ejus Provinciæ.*

*Lectiones primi Nocturni de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno tempore Paschali Lectio IV. Urbânus Románus, ut in Brev. V. Dignum et congruum.*

*VI. Annuntiémus, inquam.*

*In tertio Nocturno Homilia in Evangel. Ego sum vitis vera, et Pater meus Agri-la est.*

*Missæ Protexísti.*

*Si celebretur extra tempus Paschal. in secundo Nocturno Lectio IV. Urbânus Románus, ut in Brev. V. Triumphá-lis beáti Mártiris Urbáni. VI. Coronáta itaque de Commun. unius Martyr.*

*In terció Nocturno Homilia in*



*in Evangel.* Homo pègregrè proficiscens, *ut in Commun. Confessor. Pontific. Responsor. dicuntur de Commun. unius Martyr.*

*Missâ prop. vel ut sequit.* Introit. Sacerdotes tui Dômine, *de Communi Confessor. Pontific. secund. loc. Orat. et Evangel. de Offic. Epistol.* Benedictus Deus, *de Communi unius Martyr. secund. loc. Gradual.* Inveni David, *usq. ad Alleluia, inclus. de dict. Cñi. prim. loc. ψ.* Memento Dômine David, *ut in Psalm. ad Introit. Miss. Stâtuit, de dict. Commun. et loc. et in fin. addit. 1. Alleluia. Offert. Veritas mea, de eodem Cñi. et loc. Communic. Fidêlis servus, ut in Miss. Stâtuit, Confes. Pontif.*

---

## AUGUSTUS.

### DIE II. AUGUSTI.

*In festo S. Petri Episcopi Oxomensis Confessor. et Patroni. Duplex 1. classis cum Octava.*

*Lect. prim. Noct. De Epistola Beati Pauli Apost. Fidêlis sermo, ut in Commun. reliq. Ss. Hispan.*

### DIE IV. AUGUSTI.

*In festo S. Dominici Confessor. et Patroni. Duplex 1. classis cum octava.*

*Lectiones primi Nocturni, Beatus vir, ut in Commun. Confes. non Pontif. secund. loc. rel. ut in Breviar.*

### DIE IX. AUGUSTI.

*Octava S. Petri Episcopi Oxomensis Confes. Officium fit Ss. Justi et Pastoris Martyr. cum Commemor. S. Petri in utrisque Vesperis, Laudib. et Missis.*

### DIE XI. AUGUSTI.

*Octava S. Dominici Confessor. Duplex.*

*Omnia ut in die præter Lectiones primi Noct. quæ sumuntur de Scriptura occurrente.*

### DIE XIII. AUGUSTI.

*In festo Sanctorum Martyrum Stephani Abbatis, et ducentorum Sociorum, Ordinis Sancti Benedicti, apud Burgos, in Monasterio Sancti Petri de Charadigna. Duplex in Matr. tantum, propter insignem Reliquiam (fuit vi. hujus mensis.)*

*In*

*In Missis dicitur Credo.*

*Omnia ut in Communi plurimorum. Mart. præter hæc quæ sequuntur.*

*Oratio.*

**P**Ræsta, quæsumus, omnipotens Deus ut qui gloriôsos Mártyres Stéphanum Abbátem, et sócios ejus, mónachos fortes in sua confessiône cognóvimus, pios apud te in nostra intercessiône sentiámus. Per.

*In primo Nocturno.*

*Lectiones de Scriptura occurrente.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

**T**Empore quo Arabum sæva tyránnis in Hispánia Christiános afflígeret, atque Zafa eórum Rex ímpius Castellæ Provinciám devastáret, potíssimum verò Dei servos, fidei Christiánæ propugnátôres, viros Religiósos, quos sciret esse ipsórum execrábilis sectæ accérrimos impugnatóres, veheménter exagítáret, inter álios venerábiles Mónachos, qui divérsis in locis Hispaniárum propensióri cultu Deo serviéntes, eorúmdem persecutió nibus præmeréntur felicióres illi

fuère, qui apud Burgos, in Monastério Sancti Petri (de Charadígna nóminati) egrégia vitæ sanctitáte floréntes, digni invénti sunt, qui omnes simul ducénti número ad martyrii corónam promoveréntur à Dómino Jesu Christo.

ꝛ. Sancti tui Dómine, &c.

*Lectio V.*

**H**I enim sub Stéphanos ipsórum Abbáte viro sanctíssimo ad spiritualem palæstram júgiter exercitáti, et carnem vincere, mundum contémnere, et debelláre aéreas potestátes edócti, audiéntes eósdem adesse Arabes ministros Sátanæ, ipsórum sánguinem sitiéntes nullam suscipere voluère redemptiõem, ut meliorem invenírent resurrectiõem: sed unánimes Dei armatúra poténtes, spírítu fervéntes, ad quæque mala subeúnda perstíttere constántes, próbeque intelligéntes, quod non sunt condígna passiónes hujus témporis ad futúram glóriam, quæ revelábitur in nobis: mútuis se exhortatió nibus ad subeúndum martyrium

rium roborarunt, atque as-  
siduis precibus muniarunt.  
R. Verbera carnificum.

*Lectio VI.*

**S**IC enim igitur divina gra-  
tia confirmati, in Mo-  
nasterii claustris fortes ani-  
mo consistentes, summa pa-  
cientia irruentes excipere  
carnifices, à quibus singuli  
crudeliter jugulati, optatam  
coronam martyrii percep-  
erunt, octavo idus Augusti,  
feria quarta, anno salutis oc-  
tingentesimo vigesimo quar-  
to. Sepulti sunt ibidem sanc-  
ti Martyres à Christi fide-  
libus, qui illuc convenerunt,  
postquam funesta Arabum  
cohors inde recessit. Deus  
autem, qui suos milites, non  
solum coronat in caelis, sed  
in terris efficit gloriosos, ad  
ipsorum martyrum gloriam  
locum illum celebri miracu-  
lo illustravit, dum pluribus  
subsequentibus annis die an-  
niversaria ipsorum caedis,  
tanquam recenti cruore as-  
persum, eundem rubentem  
ostendit. Sed et jam pene  
extinctam injuria temporum  
ipsorum memoriam reddit  
sua auctoritate Sedes Apos-  
tolica redivivam, atque eam

celebrandam omnibus fide-  
libus representat.

R. Tamquam aurum.

*In tertio Nocturno.*

*Lectiones super Evangelium*  
Descendens Jesus de mon-  
te, &c. de eodem Communi.  
*Missa Sapientiam.*

DIE XXVIII. AUGUSTI.

*In festo S. Augustini Episcopi,  
et Confes. Duplex. se-  
cundae classis cum Octava.*  
*Omnia ut in Breviario.*

SEPTEMBER.

DIE IV. SEPTEMBRIS.

*Octava S. Augustini Episcopi  
et Confes. Duplex.*  
*Omnia ut die praeter Lec-  
nes primi Nocturni quae sum-  
muntur de Scriptura occur-  
rente.*

OCTOBER.

*Dominica prima Octobris  
quae incidit in Kalendas illius  
mensis vel proximè sequitur,  
celebratur*

FESTUM SOLEMNITATIS  
SS. ROSARII BEATAE MARIAE  
VIRGINIS.

*Duplex. 1. classis.*

*Omnia ut in Breviario.*

DIE

DIE II OCTOBRIS.

*In festo S. Saturi Confessor.  
Duplex. 1. classis. (in Numantia cum Octava.) Omnia de  
Commun. Confess. non Pontif.  
præter ea, quæ sequuntur.*

Oratio.

**D**EUS, qui per mundi contemp-  
tū beātum Satū-  
rium Confessōrem tuum ad  
eximie sanctitatis apicem  
sublimasti; da, ut ejus imi-  
tatione à terrēnis affectibus  
expediti, facilius cœlestia ca-  
piamus. Per Dōminum.

*Lectiones primi Noct. Jus-  
tus si morte, de Commun.*

*In secundo Nocturno.**Lectio IV.*

**S**ATŪRIUS Numantiae, ut per-  
hibent, illustri genere na-  
tus, cum adulta ætate per-  
fectioris vitæ desiderio esset  
incensus, patrimonium, quod  
demortuis parentibus sibi ob-  
venerat, in pauperes erogavit;  
et ad in hōspitam propè  
DŪRIUM flumen erēmi solitū-  
dinem se recepit. Ibi in præ-  
rūpta montis rupe, hūmili  
sacello in honorem beāti Mi-  
chaëlis Archàngeli dedicato,  
per tringinta, et amplius an-

nos, oratione, jejuniis, vi-  
giliis, et corporis afflictationibus  
asperam quidem, sed  
cœlestium rerum contemplatione  
suavem vitam duxit. Turiasonensem  
Episcopum sanctum Prudentium  
adhuc adolescentem sanctitatis  
ejus opinione commotum ad se  
venientem excepit, et in eadem  
eremi solitudine ferè per septennium  
foelici eximiarum virtutum æmu-  
latione educavit; donec mé-  
ritis plenus septuagenario  
major migravit ad Dōmi-  
num. Ejus corpus à sancto  
Prudentio in eodem oratorio  
conditum, et miraculorum  
subinde fama illustratum,  
pia fidelium veneratione  
ad hæc usque tempora colitur.

Ꝟ. Honestum fecit illum.

De Sermone sancti Bernar-  
di Abbatis.

*Declam. in Matth. cap. 19.*

*Lectio V.*

**A**RBITROR verba lectionis  
hujus ea esse, de quibus  
ad immortalē sponsum  
à finibus terræ clamat Ec-  
clēsia: Propter verba labio-  
rum tuorum ego custodivi

\*\*

vias

vias duras; Hæc nempè sunt verba, quæ contèptum mundi in univèrso mundo, et voluntariam persuasère hominibus paupertatem. Hæc sunt, quæ Monachis Cláustra replent, déserta Anachorètis. Hæc, inquam, sunt verba, quæ Ægyptum spóliant, et óptima quæque ejus vasa diripiunt. Hic sermo vivus, et éfficax convértens ánimas felici æmulatióne sanctitátis, et veritátis promissióne fidéli. Nam et mundus transit, et concupiscéntia ejus, et relínquere hæc magis expédit, quam relínqui. Sed nec inútilis commutatio pro eo, qui super ómnia est, ómnia reliquisse; nam et simul cum eo donántur ómnia, et ubi apprehénderis eum, erit unus ipse ómnia in ómnibus, qui pro ipso ómnia reliquerunt.

Ꝟ. Amávit eum Dóminus.

*Lectio VI.*

**P**ETrus cogitatum suum jacans in Dómino, et omnem sollicitudinem suam in eum projiciens, certus quòd illi foret cura de eo, relíquit ómnia, secúsus est Dóminum, nec intérogans qui-

dem de præmio; donec ex periculo Dívitem, quod Salvátor prosequébatur, súmeret occasiõem percontándi: Quid ergò erit Nobis? Ait illi Jesus: Amen dico vobis; Verbum confirmatiónis præmittitur, magnum nóveris esse quòd séquitur: In regeneratióne sedébitis et vos. Consequémini, ait, quem sequímini; ut cum ipse séderit, et vos páritèr sedeátis. O sessio! Quis mihi tribuat, ut dignis éxprimam verbis, quod de sessiõe hac cordis affectiõe concipio. Imò quis tribuat mihi, sessiõnis hujus imperturbáta frui requie, quam desidèro, quam cupio, quam requíro? Ꝟ. Iste homo perfecit.

*In tertio Nocturno. Homil. in Evang. Sint lumbi vestri præcincti.*

*Missa Os justi, de Cñi. cum Oratione de Officio.*

DIE IV OCTOBRIS.

*In festo S. Francisci Confess. Duplex primæ classis, in Matrice tantum. Omnia ut in Breviario.*

*In Missa Conventuali dicitur Credo.*

NO-



## NOVEMBER.

DIE XII. NOVEMBRIS.

*In festo Translationis Beati Petri Episcopi, et Confess. et Patroni. Duplex. maj. omm. ut in Comm. Confesso r. Pont. exceptis, quæ sequuntur.*

*Oratio.*

Exaudi quæsumus, in qua loco verbi Solemnitate, dicatur Translatione.

*In primo Nocturno Lectiones de Epistola Beati Pauli: Fidélis sermo, ut in Cñi.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

**B**Eâto Petro Paléntiæ vita functo ejus corpus eo tẽpore delátum est Oxóman, quo propter frequẽtes Maurórum irruptiões vix credi posset, tuto defèrri posse. Sed Dei bonitãte factum est, ut nulla vi hóstium, neque incursiõe impedirẽtur, quóminùs tuto defèrretur. Quod idem Petrus dum víveret, Epíscopo Paléntino de translatiõe dubitãnti, prædixerat: et in sua Cathedrãli Ecclésia, quam præclãre uti bonus Pastor gubernãverat, honorífice sepúl-

tum est. Deĩnde crescẽte miraculórum glória, de húmili loco ubi jacébat ex ractum in capélla, quæ nunc Resurrectiõnis dicitur, supra Altãre in sepúlchro lapídeo óptimè elaborãto, collocãtum est. Postremò in insígnem capéllam ipsi Beãto Petro Patrõno dicãtam, aspẽctu, et pulchritúdiẽ singularẽ, colúmni, scalis ex útraque parte, et aliis óptimi jáspidis ornãmẽti miríficè extrúctam, anno Dómini millésimo quingentésimo quinquagésimo primo, Petro de Acósta præsúle magno pópuli concúrsu, et lætítia translátum, miraculís clarum summa ejúsdem pópuli, et totiùs Episcopátus religiõe, et devotiõe cõlitur.

*ꝛ. Invèni.*

*Lectio V. et VI. de Sermone Sancti Maximi Episcopi, ut in Comm. et ubi dicitur Cujus hodie festa celebrãmus, dicatur Translatiõnem.*

*In tertio Nocturno.*

*Homilia in Evang. Homo pègrè proficiscens, ut in Communi. Missa Statuit, cum Orat. ut supra.*

DIE XX. NOVEMBRIS.

*In festo Dedicationis Ecclesie Oxomensis. Duplex primæ classis. Omnia ut in Comuni Dedicationis, exceptis quæ sequuntur.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

**O**Xomensis Ecclesiæ primæva fundatio, et erectio vetustissima est, ita ut ejus originis certus, et diffinitus annus ignorétur, illud tamen certo constat, esse expressis, et antiquissimis Ecclesiis, quæ vel ab Apostolis, vel ab eorum proximis successoribus in Hispania fundatæ sunt. Necnon Episcopalis antiqua sedes, quæ suos fines amiserat, recépit Constantini tempore, anno trecentésimo vigésimo quarto: et Toletani Metropolitanæ Ecclesiæ adscripta. Unde verè, et fácilè colligere licet, multis ante annis Oxomensis Ecclesiæ fuisse institutam, atque fundatam.

℞. Orántibus.

*Lectio V.*

**H**ujus vetustatis, causa, et longissimi temporis decursu trecentorum viginti plus minus annorum, quibus

Oxomensis Ecclesiæ, post occupatam à Mauris, et Sarracenis Hispaniam, pastorum solatio, et præsentia, destituta, et orbata mansit: prima ipsius Ecclesiæ dedicatio penitus ignoratur. Sed Dei miseratióne, Oxoma, Toleto, et aliis multis Hispaniæ civitatibus, terrisque, armis Alphónsi Sexti Hispaniarum Regis ab eorum Tyránnide vindicatis, primus Beátus Petrus Bituricensis, è Gallia, Episcopus Oxomensis creatur, anno Dómini millésimo centésimo primo: cujus tantus fuit ardor religionis, ut delétis impiórum superstitionibus, Ecclesiam tanti temporis decursu collápsam, mirífice refecerit, et in pristinum statum cum ingenti brevitate restituérit.

℞. O quam metuendus.

*Lectio VI.*

**R**estitutam Ecclesiam cum ingenti gáudio et coram magna fidélium servórum utriusque sexus multitudine, pius ipse Pastor Deo in honórem Beatæ Mariæ, S. Joánis Baptistæ, SS. Apostolorum Petri, et Pauli, necnon Sancti Augustini, duodécimo

mo Kalendas Decembris dedicavit. Quam modis omnibus, quibus potuit, quoad vixit mirifice illustravit. Eam præterea successores piissimi, et veri pastore (quibus semper speciali Dei munere gubernata extitit) muneribus amplissimis decorarunt: reliquias multas, et insignes sanctorum, tum è Romána civitate, tum etiam ex aliis Christiani orbis partibus inferentes: donis etiam multis, et singularibus illustrantes, in eam, quæ nunc extat pulchritudinem, Ecclesia pervenit: ita ut verè, et piè templum Dei, et domus Domini dici queat, ad invocandum in ea nomen ejus.

R. Mane surgens.

DIE XXVII. NOVEMBRIS.

*Octava dedicationis Ecclesie, (in Matrice tantum) Duplex. Omnia ut in die.*

---

## DECEMBER.

DIE XXII. DECEMBRIS.

*In festo Passionis Imaginis Crucifixi. Duplex secundæ classis.*

*Ad Vesperas*

*Añã. O magnum, cum reliquis, ut in Vesperis Exal-*

*tationis Sanctæ Crucis XIV. Septembris.*

*Oratio.*

**D**EUS, qui nos hodierna die Passiõnis Imaginis filii tui Crucifixi annua solemnitate lætificas: præsta, quaesumus: ut cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptiõnis præmia in celo mereamur. Per eumdem.

*Postea fit Commemoratio Sancti Thom. Apostoli, et Adventus.*

*Ad Matutinum, Invitatorium, Hymnus, et reliqua, ut in festo Exaltationis Sanctæ Crucis XIV. Septembris.*

*In secundo Nocturno.*

*Lectio IV.*

**A**B antiquissimo tempore, cujus non extat memoria, in Ecclesia Oxoménsi inter alia divinitus eidem Ecclesiæ collata beneficia, insignis Sanctissimi Crucifixi extat effigies: quæ olim pro Ecclesiæ opportunitate alio in loco, nunc in propria capella (quæ etiam Sancti Domini nuncupatur) juxta Sacrarium, seu Capellam Thesauri honorifico ornatu collocata est. Hujus Sanctissimi Imaginis, quæ omnibus eam

eam conspiciéntibus, et ritè venerántibus cor contrítum, et humiliátum præparat dolóremque peccatórum inducit, mirábile memoria dignum mystérinm hodiérna die cólitur, quod Augustíno patria Numántino Oxoménsi Præsule accídit.

℞. Nos autem gloriári.

*Lectio V.*

**A**Nno namque Dómini millésimo ducentésimo septuagésimo secúndo, die vigésima prima Decémbris (qui dies Beáti Thómæ Apóstoli sacer est) quidam qui vice sacristæ tum témporis dictæ Ecclésiæ inserviébat, gállum per Ecclésiám discurréntem, ut inde exíret insequébatur: Cúmque gállus insequútus, ut fúgeret, voláre cœpisset, super caput Sanctíssimi Crucífixi tandem requiêvit: et cum dictus sacrista lápidem in gállum, ut inde abiret, non sine calore iracundiæ mitteret lápidem, non gállum, sed imáginem Christi in fronte percússit. Quo fácto súbito verus Sanguis à fronte imáginis usque ad subacéllam dexteram veráciter fluxit,

qui in vásculo vitreo reveréter colléctus, in capélla Thesáuri ejúsdem Ecclésiæ inter álias reliquias diligentíssimè asservátur.

℞. Dum Sacrum.

*Lectio VI.*

**P**ercússio ipsa, et Sanguinis vestígium, modo quo relátum est, in ipsa imáginem durat usque in præséntem diem, ut plúrimos ipsíus Ecclésiæ Capituláres, et Beneficiátos própriis óculis vidisse, cum de biduo in biduum, vel étiam quot annis, de mandáto Capituli ad ipsam Imáginem abstergéndam, et mundo linteámine cooperiéndam, reveréter ascéndunt, manifestum est. Hujus miráculi grata memoria, ex tunc in prædicta Ecclésia hodiérna die síngulis annis devotè recólitur, et processionaliter dictus sánguis in vitreo vásculo servátus, univérso Clero, et pópulo lætántibus circumfértur: ad Dómini nostri Jesu Christi glóriam, et circumstántium præséntium, et futurórum utilitátem.

℞. Hoc signum Crucis.

NOS DON PATRICIO MARTINEZ DE BUSTOS y Manrique, Arcediano de Trastamara, Dignidad y Canónigo de la santa Iglesia Metropolitana de Santiago, Caballero Gran Cruz de la Real distinguida Orden de Cárlos Tercero, Individuo nato de la Real Junta de la Inmaculada Concepcion, Exâctor y Colector general de las pensiones consignadas á la misma Real Orden, Juez privativo del Nuevo Rezado, del Consejo de S. M., y Comisario Apostólico general de las tres Gracias de Cruzada, Subsidio y Excusado en todos los Reynos y Señoríos de S. M. C.

**P**or quanto, y en virtud de Decreto nuestro de once de Diciembre del año próximo de mil ochocientos y siete se han reimpresso por el Doctor D. Luis Ibañez Tavira, Canónigo y Fabriquero de la santa Iglesia Catedral del Burgo de Osma, dos mil exemplares del quaderno de Santos de aquella Diócesis para el rezo de sus Eclesiásticos; en atencion á habernos hecho constar por certificacion de D. Esteban Ortiz de Urbina, Gobernador, Provisor y Vicario general de ella, su fecha siete de Noviembre anterior, estar conforme á las rúbricas y decretos de la sagrada Congregacion de Ritos; y por otra del Doctor D. Rafael Chaperó, Presbitero, Corrector nombrado, su fecha en esta Corte á diez y nueve de Febrero próximo, estar esta edicion arreglada al que ha servido de original: Por tanto usando en esta parte de las facultades que por Bulas Pontificias, y Cédulas Reales nos estan concedidas, damos licencia al Fabriquero que es ó fuese de dicha santa Iglesia Catedral del Burgo de Osma, para que sin incurrir en pena alguna, pueda vender y venda á los Presbíteros de su Diócesis cada exemplar del mismo quaderno en papel á precio de tres reales de vellon, respecto haber prestado su consentimiento el P. Administrador del Nuevo Rezado que reside en esta Corte por el Real Monasterio de San Lorenzo del Escorial. Y mandamos que esta nuestra licencia se ponga al principio de cada exemplar, y que ningun impresor, librero, ni otra persona pueda imprimirle ni reimprimirle, pena de perdimiento de la impresion, y de doscientos ducados aplicados para santos fines de Cruzada. Dado en Madrid á catorce de Marzo de mil ochocientos y ocho.

*D. Patricio Martinez de Bustos.*

Por mandado de S. E.  
*D. Antonio de los Rios.*







